

LA RISURREZIONE DI LAZZARO

Oratorio in due parti, per Canto ed Orchestra, composto da

Don Lorenzo Perosi

Direttore della Cappella di S. Marco in Venezia

PERSONAGGI

STORICO	Tenore.
CRISTO	Baritono.
MARTA	Soprano.
MARIA	Mezzo-Sop.
SERVO	Basso.

— Cori —

PARTE PRIMA

STORICO (Tenore). - SERVO (Basso).
CRISTO (Baritono) - MARTA (Soprano).

PARTE PRIMA ¹

STORICO

Erat autem quidam languens
Lazarus a Bethania,
de castello Mariae et Marthae
sororis ejus.

(Maria autem erat quae
unxit Dominum unguento, et
extersit pedes ejus capillis
suis; cujus frater Lazarus infirmabatur).

Miserunt ergo sorores ejus
ad eum, dicentes:

*Era malato un tal
Lazzaro del borgo di Betania,
patria di Maria e di Marta
sorelle.*

*(Maria era quella che
unse con unguento il Signore, e
gli asciugò i piedi co' suoi capelli;
il di cui fratello Lazzaro era malato).
Mandarono dunque a
dirgli le sorelle:*

UN SERVO

Domine, ecce quem amas,
infirmatur.

*Signore, ecco che colui che
tu ami, è malato.*

STORICO

Audiens autem Jesus, dixit
eis:

Udito questo, disse Gesù:

CRISTO

Infirmas haec non est ad
mortem, sed pro gloria Dei,
ut glorificetur Filius Dei per
eam.

*Questa malattia non è per
morte, ma per gloria di Dio,
affinché quindi sia glorificato
il Figliuolo di Dio.*

STORICO

Diligebat autem Jesus Martham,
et sororem ejus Mariam,
et Lazarum.

*Voleva bene Gesù a Marta,
ed a Maria sua sorella, e
a Lazzaro.*

STORICO

Venit itaque Jesus, et invenit
eum quatuor dies jam
in monumento habentem.

*Arrivato Gesù, trovò
già da quattro giorni sepolto.*

Multi autem ex Judaeis venerant
ad Martham et Mariam,
ut consolarentur eas
de fratre suo.

*E molti Giudei erano venuti
da Marta e Maria, per
consolarle riguardo al loro
fratello.*

Martha ergo, ut audivit
quia Jesus venit, occurrit illi:
Maria autem domi sedebat.

*Marta però, subito che ebbe
sentito che veniva Gesù, andògli
incontro: e Maria stava in casa.*

Dixit ergo Martha ad Jesum:

Disse adunque Marta a Gesù :

MARTA

Domine, si fuisses hic, frater
meus non fuisset mortuus.

*Signore, se eri qui, non
moriva mio fratello.*

Sed et nunc scio, quia
quaecumque poposceris a
Deo, dabit tibi Deus.

*Ma anche adesso, so che
qualunque cosa chiederai a
Dio, Dio te la concederà.*

STORICO

Dicit illi Jesus:

Dissele Gesù:

CRISTO

Resurget frater tuus.

Tuo fratello risorgerà.

STORICO

Dicit ai Martha:

Risposegli Marta:

MARTA

Scio quia resurget in resurrectione
in novissimo die.
.....

*So che risorgerà nella risurrezione
in quell'ultimo giorno.
.....*

CRISTO

Ego sum resurrectio et vita:
qui credit in me, etiam si
mortuus fuerit, vivet.
Et omnis qui vivit et credit
in me, non morietur in aeternum.
Credis hoc?...

*Io sono la risurrezione e
la vita: chi in me crede,
sebben sia morto, vivrà.
E chiunque vive, e crede
in me, non morrà in eterno.
Credi tu questo?...*

MARTA

Utique, Domine; ego credidi
quia tu es Christus,
Filius Dei vivi, qui in hunc
mundum venisti.

*Sì, o Signore: io ho creduto
che tu sei il Cristo,
il Figliuolo di Dio vivo, che sei
venuto in questo mondo.*

STORICO

Et cum haec dixisset, abiit,
et vocavit Mariam sororem
suam silentio, dicens:

*E detto questo, andò, e
chiamò di nascosto Maria
sua sorella, dicendole :*

MARTA

Magister adest, et vocat te.

È qui il Maestro, e ti chiama.

STORICO

Illa, ut audivit, surgit cito,
et venit ad eum:
.....

*Ella, appena udito questo,
alzossi in fretta e andò a lui:
.....*

Judaei ergo, qui erant cum
ea in domo, et consolabantur
eam, cum vidissent Mariam
quia cito surrexit et exiit,
secuti sunt eam dicentes:

*I Giudei perciò, che erano
in casa con essa, e la racconsolavano,
veduto avendo Maria
alzarsi in fretta e uscir fuori,
la seguitarono, dicendo:*

CORO

Quia vadit ad monumentum,
ut ploret ibi.

*Ella va al sepolcro per
ivi piangere.*

INNO ² (CORO)

Scrutator alme cordium,
Infirma tu scis virium:
Ad te reversis exhibe
Remissionis gratiam.

*Sai d'ogni cor le làtebre,
Noi vedi infermi e debili !
A te torniam: concedine
Del tuo perdon la grazia.*

PRIMA VARIANTE (ORCHESTRA)

CORO

Multum quidem peccavimus,
Sed parce confitentibus.
Ad nominis laudem tui,
Confer medelam languidis.

*Le nostre colpe innumere
Noi confessiam; perdonaci!
Noi, del tuo nome a gloria,
Sani di grazia il balsamo.*

SECONDA VARIANTE (ORCHESTRA)

CORO

Praesta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spirito Paraclito
Regnans per omne saeculum.

*Padre pietoso, ascoltaci,
E Tu, Cristo Unigenito,
Regnante col Paraclito
Per gl' infiniti secoli.*

PARTE SECONDA

STORICO (Tenore). - MARIA (Mezzo-Soprano).
CRISTO (Baritono). - MARTA (Soprano).

PARTE SECONDA ³

STORICO

Maria ergo, cum venisset
ubi erat Jesus, videns eum,
cecidit ad pedes ejus, et dicit ei:

*Maria però, arrivata che
fu dove era Gesù, e vedutolo,
gittossi a' suoi piedi, e dissegli :*

MARIA

Domine, si fuisses hic, non
esset mortuus frater meus.

*Signore, se eri qui, non
moriva mio fratello.*

STORICO

Jesus ergo, ut vidit eam
plorantem, ... infremuit spiritu,
et turbavit seipsum.

*Gesù allora, vedendo lei
piangente, ... fremé interiormente,
e turbò sé stesso.*

Et dixit:

E disse:

CRISTO

Ubi posuistis eum ?

Dove l'avete messo ?

STORICO

Dicunt ei:

Gli risposero:

CORO

Domine, veni, et vide.

Signore, vieni, e vedi.

STORICO

Et lacrymatus est Jesus.
.....

*E a Gesù vennero le lacrime
.....*

CORO

Ecce quomodo amabat eum.

Vedete com'ei lo amava.

STORICO

Quidam autem ex ipsis dixerunt:

Ma taluni di essi dissero:

CORO

Non poterat hic, qui
aperuit oculos caeci nati, facere
ut hic non moreretur ?

*E non poteva costui, che
aprì gli occhi al cieco nato,
fare ancora che questi non morisse ?*

STORICO

Jesus ergo rursus fremens
in semetipso, venit ad
monumentum : erat autem spelunca,
et lapis superpositus erat ei.

*Ma Gesù di nuovo fremendo
interiormente, arrivò
al sepolcro, che era una caverna,
alla quale era stata soprapposta una pietra.*

Ait Jesus:

Disse Gesù:

CRISTO

Tollite lapidem.

Togliete via la pietra.

STORICO

Dicit ei Martha ...

Dissegli Marta ...

MARTA

Domine, jam foetet,
quadriduanus est enim.

*Signore, ei puzza già,
perché è di quattro giorni.*

STORICO

Dicit ei Jesus :

Risposele Gesù :

CRISTO

Nonne dixi tibi quoniam
si credideris, videbis gloriam
Dei ?

*Non ti ho io detto che, se
crederai, vedrai la gloria
di Dio?*

STORICO

Tulerunt ergo lapidem:
Jesus autem, elevatis sursum
oculis, dixit:

*Levarono dunque la pietra;
e Gesù alzò in alto gli
occhi, e disse :*

CRISTO

Pater, gratias ago tibi, quoniam
audisti me.

Ego autem sciebam quia
semper me audis; sed propter
populum qui circumstat, dixi:
ut credant quia tu me misisti.

*Padre, rendo a te grazie,
perché mi hai esaudito.
Io però sapeva che sempre
mi esaudisci ; ma l'ho
detto per causa del popolo
che sta intorno, affinché credano
che tu mi hai mandato.*

STORICO

Haec cum dixisset, voce
magna clamavit:

*E detto questo, con voce
sonora grido:*

CRISTO

Lazare, veni foras.

Lazzaro, vien fuori.

STORICO

Et statim prodiit qui fuerat
mortuus, ligatus pedes et manus institis,
et facies illius sudario erat ligata.

Dixit eis Jesus:

*E uscì subito fuori il
morto, legati con fasce i piedi e le mani,
e coperto il volto con un sudario.*

E Gesù disse loro:

CRISTO

Solvite eum, et sinite abire.

Scioglietelo, e lasciatelo andare.

INNO ⁴ (CORO)

O fons amoris inclyte !

D'amor fonte mirabile,

O vena aquarum limpida !
O flamma adurens crimina !
O cordis ardens charitas !

*O vena d'acque limpida,
Fiamma che i vizî incènera,
De' cuori ardente palpito !*

VARIANTE (ORCHESTRA)

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna saecula.

*Ognun Gesù glorifichi,
Il Nato della Vergine,
Col Padre e il Santo Spirito
Nei sempiterni secoli.*

FINALE

Benedicamus Domino ! ⁵

Benediciamo il Signore !

-
1. Vangelo di S. Giovanni, Capo XI.
 2. Dall'Inno delle Domeniche di Quaresima.
 3. Segue il Capo XI.
 4. Dall'Inno del SS. Cuore di Gesù
 5. Corale gregoriana